Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



71

gaude qua mater omni laude nec laudare sufficit
Laudis thema spiritalis panis vivus et vitalis ho
die proponitur Quem in sacre mensa nove turbe fra
ternitas dominice datum non ambigitur Sit laus plena
sit sonora sit iucunda sit decora mentis iubilatio
Dies enim solemnis agitur in qua mense prima
recolitur huius institutio In hac mensa filium re
gis nostri paschalis agnus novae legis pharis vetus immolat
Epulantem novitas umbram fugat veritas noctem lux
illuminat Quod in cena christus gessit faciendum
hoc expressit in sui memoriam Docti sacris institutis
panem vinum in salutis consecramus hostiam Do
gma datur christianis quod in carnem transit panis et vinum
in sanguinem Quod non capis quod non vides animo
firmat fides praestat rei ordinem Sub diversis specie
bus signis tantum et non rebus latent res eximie Ca
ro cibus sanguis potus manet tamen christus totus
sub utraque specie A fracte non concisus non con
frictus non divisus integer accipitur Sumit unus
sumit mille quantum iste tantum ille nec sumptus
consumitur Sumunt boni sumunt mali sorte ta
men inaequali vitae vel interitus Mors est malis vi
ta bonis vide panis sumptionis quia sit disparilis ex
itus Fracto demum sacramento ne vacilles sed
memento tantum esse sub fragmento quantum toto
tegitur Nulla rei fit scissura signi tantum fit fractura
qua nec status nec statura signati minuitur Ecce pa
nis angelorum factus cibus viatorum vere panis filiorum